HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tum est uerbum dñi ad esaiã dicens. Vade & die ezechie ;
hec die dñs deus dauid patris tui. Audiui orationẽ tuã.
uidi lacrimas tuas. Ecce ego adiciã sup dies tuos quinde
cim annos. & de manu regis assyrio eruã te. & ciuitatẽ
istã & protegã eã. hoc autẽ ubi erit signũ a dño. quia faci
et dñs uerbũ hoc qd locutus ẽ. Ecce ego reuerti faciã umbrã
linearũ. p quas descenderat horologio achaz in sole retror
sum decem lineis p gradus quos descenderat. Preposterо
ordine. q̃si in ppheta hic refertur historia. que in regũ
uolumine ẽ sequentis legitur. Flente ezechia fletu mag
no. priusquã egrederetur esaias mediã partẽ atrii facta
ẽ sermo dñi ad eũ dicẽs. Reuertere & die ezechie duci ppli
mei. Audiui orationẽ tuã. uidi lacrimã tuã. ecce ego
sanauit te. Dixitq; ezechias ad esaiã. Qd erit signũ qã dñs
me sanabit. cui ppheta respondit. hoc erit signũ a dño
qd facturus sit dñs sermonẽ quẽ locutus ẽ. Vis ut ascen
dat umbra tot lineas an ut reuertat retrorsum decẽ gradibus.
Cui dixit ezechias. Facile ẽ umbrã crescere decẽ lineis. nec
uolo ut hoc fiat. sed ut reuertat retrorsum decẽ gradibus.
Cunq; inuocante esaia potentiã dñi signũ eet effectũ.
precepit esaias afferri massam ficorũ recentiũ. quã
eũ adtulissent & posuissent sup uulnus ei. curatus est.
Reuertitur ad regẽ ppheta dñi missione. ut ipse sana
ret qui percusserat. Et uocatur ezechias dux ppli eius
& filius dauid cuius opera sectabatur. Fecerat enim rec
tũ iuxta omnia que fecit dauid pat ei. & audit eius
oratio. uidentq; lacrime. quo ambulauerat coram dño
in ueritate & corde perfecto. & fleuerat fletu magno
& qd placitũ erat in oculis eius fecerat adicuntur q;